

Kenn 240(1-31)

12

ORDINIS MEDICI
IN
ACADEMIA WITTEBERGENSI
H. T. DECANVS
**DANIEL WILHELMVS
TRILLERVS**

PHIL. ET MED. DOCT. CONSILIARIUS AVL. ELECT. SAXON. MED.
PROF. PVBL. ORDIN. PRIMARIUS ET ILLVSTR. ACAD.
SCIENTIAR. BONONIENS. SODALIS

PANEGRYRIN MEDICAM

AD D. XV. OCTOBR. A. C. CCCCCCLXXXI

HABENDAM

INDICIT

PRAEMISSA EXERCITATIONE MEDICO - CRITICA

DE

APTISSIMA MEDICINAE DEFINITIONE

AB IPSO HIPPOCRATE SAPIENTER

PROPOSITA.

22



ORDINIS MEDICI

ix

ACADEMIA WITTENBERGENSIS

HISTORICUS

DANIEL AVILHEIMUS

TRILEXUS

PHYSIATRUS DOCTOR DEDICATVS AVA BIBLIOTECAE MEDI

TROPICARUM ORDINIS TRINITATIS ET IUSTITIAE ACAD

SCHOLASTICAE BONONIENSIS SODALIS

PARAPHRASE IN MEDICINA

EX LIBRIS C. G. ZEPTEROVSKY

МАДИНАН

ТРОПИКАН

ACADEMIAE MEDICO-CIRURGICAE MONSTRUM AESTIVALE

20

ДИОГЕНІСІА САЛЮТОДАМ АМІБІТРА

ЛАТИЛАЗ ЗЕРЯЗОЧІВ ОДІЛІ

УКАЗАНИХ АТІГОЧОД



Q. D. B. V.

Quotidianam Corporis vivi Nutritionem perquam similem esse notissimae illi *fluminum Alluvioni*, atque potissimum consistere *ἐν τῇ ἀφαγέστει καὶ προθέστει*, sive in *ablatione* et *oblatione*, vel *depletione* ac *repletione*, ex ingeniosa quidem ipsius **HIPPOTRATIS** sententia; numerus admodum singulari certe *Exercitatione*^{a)} fusius et accuratius, ni fallor, ostendimus: Iam vero nova scribendi occasione nobis subito oblata, in eodem quidem argumento sat commode et opportune pergemos, atque ex eodem **HIPPOCRATE** vterius liquido demonstrabimus, ipsam quoque *Sanitatem*, arduamque simul *medendi Artem* constanter conservari ac feliciter exerceri per similem fere *προθέστην καὶ ἀφαγέστην*, sive *appositionem* ac *depositionem*. Sic enim grauissimus noster Auctor^{b)} mani-

a 2

mani-

^{a)} *De Alluvione alimentaria, ab Hippocrate apposite descripta.*

^{b)} *Lib. de Flatibus, Tom. I. pag. 401. conf. huc sponii Aphorif.
Hipp. nov. pag. 9 et pag. 300.*



manifeste et luculenter: Ἰπτερικὴ ἐστὶ πρόσθετος καὶ ἀφαιρέσις, αἱ φαιρέσις μὲν τῶν ὑπερβαλλόντων, πρόσθετος δὲ τῶν ἐλλειπόντων· οὐ δὲ καὶ λίσα τότο ποιέων, ἀργεῖος ἵπτερος: Medicina est Adpositio et Ablatio; Ablatio quidem eorum, quae excedunt et superabundant; Adpositio autem eorum, quae deficiunt: qui vero utrumque illud pulcherrime et accuratissime peragere potest, is sane Medicus omnium optimus ac praefantissimus merito censetur. Quam egregiam certe sententiam alibi^{c)} etiam ita brevius quidem repetit: τὴν θεραπείην ποιεῖσθαι δεῖ τὸν ἵπτερον, ποτὲ μὲν ἀφαιρέοντα, ποτὲ δὲ προστέντα, Medicum sane curationem praesertim facere decet, ut aliquando detrahatur superflua, aliquando vero rursus apponat deficiens: Quibus merito hic addenda sunt sequentia ex loco ibi proximo^{d)} commode petita: Καὶ τὰ συντένοντα λένεν, καὶ τὰ λελυμένα συντένεν: et ut distendentia solvat, et soluta contra distendat. Quae cuncta mox ibidem sequenti singulari exemplo ita illustrat ac confirmat: δύσσοντα πλησιονή τίττει νεστήματα, κένωσις ἵπτοι, ὄνοστα δὲ αἰπὸς κενώσιος γνέτοι, πλησιονή ἵπτοι: Quoscunque morbos parit Repletio, illos inde sanat Evacuatio; quicunque autem morbi ex Evacuatione sunt; eos contra sanat rursus ipsa Repletio.^{e)} Quae generalis certe Observatio in ipsa quidem sana ratione et fida simul experientia satis valide fundata atque hinc verissima, saepius iterata et commendata deprehenditur in ipsis Scriptis Hippocraticis, praesertim autem Aphorismis: quorsum et iste in primis spectat:^{f)} Ὄνος ἀν τροφὴν παρεῖσθαι πλείσια ἐσέλθη, τότο νῦσσον ποίει· δηλοῖ δὲ οὐ ἴστος: Vbi cibus praeter naturam, copiosior ingressus fuerit, istud morbum facit: Ostendit autem sanatio.

Cuius

^{c)} Lib. de Natura Humana, pag. 274. Tom. I. Opp. et saepe alibi.

^{d)} Ibidem, pag. 273. in antecedentibus.

^{e)} Conf. hoc Lib. de Flat. pag. 401.

^{f)} Aph. 17. Sect. II. vbi praeter GALEN. et alios, conf. STUCKII Antiquit. Convivial. Lib. III. cap. 4. pag. 304 sqq.

Cuius quidem *Aphorismi* initium satis sanum est ac plenum; ipsius autem finis tanto incertior et obscurior: Id quod nec sua iam tempestate, ignorasse videtur ipse quidem **GALENVS**,^{g)} quum in vastis suis in ipsos Aphorismos, *Commentariis*, adnotaret, ipsum forsan **HIPPONATEM** olim ibi potius scripsisse, aut scribere certe voluisse ac debuisse: δηλοι δε της ιντος, pro vulgato scilicet isto: δηλοι δε η ιντος, quae vero particula ηγι maxime sane necessaria, ut ipsi nempe videbatur, postea temere forsan et oscitanter, ceu forte superflua, omissa male fuerit a librariis, vel lectoribus. Sed quod placidorum magni quidem **GALENI** manium pace, hic modeste dictum sit, ego certe nonnihil adhuc dubito, an ex tenui illa marcidaque facula, vt ita dicam, seu exili sterilique particula ηγι, multum adeo clarae liquidaque lucis apposite inferri possit istis nempe turbidis nebulis, aut obscuris tenebris. Inde igitur, vt iam alibi^{h)} dudum modeste monui, ista potius vox ιντος, mihi hic non vndique sana, quin potius ipsa ιντος, sive *sanatione* veluti critica indigere videtur, ita scilicet, ut aptius rectiusque pro ea nunc legatur ιντος, hoc est **Kαθαρος**, sive **Κενωσις**, *purgatio*, *evacuatio*, **EROTIANO**, **GALENO** ipso aliisque testibus, quibus et commode ea addantur a **GORRAEO**,ⁱ⁾ **FOESIO**,^{k)} ac **CASTELLI** *Lexico* per **BRVNONEM**, renouato,^{j)} hanc ipsam in rem obseruata. Admissa vero illa quidem emendatione, vt pote faciliter, nec coacta; quin potius pristinae lectioni ιντος, et sono et ipsis literis, maxime vicina et proxima, atque inde tanto facilius inter se permutaenda et confundenda, verus ac genuinus huius impliciti ambiguique loci sensus illico sua veluti sponte,

a 3

cla-

g) Tom IX. Opp. Part II. pag. 55.

h) Lib. III. *Observat. Criticar.* Cap. XXV. pag. 157.i) *Definit. med.* pag. 193.k) *Oeconom.* **HIPP.** pag. 173. item pag. 203. et pag. 382.l) Voce *Inefis*, pag. 728.



clarissime patescit; qui nempe tum idem omnino est, ac iste, qui in alio *Aphorismo*, paullo post sequenti^{m)} ita repetitus ac propositus legitur: Ἀπὸ πλησμονῆς ὄκοτα ἀνιγγίματα γένοται, νέυωσις ἵτοι, κ. τ. λ. A repletione quicunque sunt Morbi, eos Evacuatione sanat: In quibus nulla prorsus inter utrumque locum intercedit differentia, nisi perquam exigua ista, quod hic νέυωσις posita sit, et ibi, ex nostra quidem coniectura, ιώσις, qua tamen ipsa certe significatione, eadem sane est, ac ista νέυωσις, ut modo dictum ac probatum. Ilos autem morbos, a nimia voracitate et indomita ingluvie obortos, vbi simul assit Misericordia elixa, simul conchylia turdis, dulcia se in bitem vertent, stomachaque tumultum Lenta seret pituita, ut commode et opportune cum ipso HORATIOⁿ⁾ sic loquar, illos inquam, vel ipsa Natura sua quidem sponte, curat ac levat, dum foedam foetidamque variorum Ciborum adhuc inconfectorum ac semiputridorum faburram anerosam ac molestam, siue δύκον ἐνπερισσοτον ηγετι δυσβάσαντον, ut cum Apostolo loquar, per utrumque illud guttur superius nempe atque inferius, ut PLAVTVS lepide ac sobrie ait,^{o)} semel iterumque eiicit atque exterminat, ut Corpus ipsum sic onere gravissimo et inutili pondere tempestive levetur. Vel denique ipsa Ars medica ipsi naturae debili nimis frustraque luctanti et aestuanti opportune succurrit, per commoda aptaque

^{m)} Aph. XXXII. Sect. II. vbi vid. GALEN. in Comment. pag. 63 seqq. Tom. IX. praesertim autem DIETERICI Iatr. Hippocrat. p. 623 et pag. 1001 seqq. admodum copiose, conf. et EZECH. SPANHEMII Comment. in CALLIMACHI Hymn. in Cererem, pag. 703 seqq. perquam doce.

ⁿ⁾ Satyr. II. Lib. II. conf. et Satyr. IV. item Sat. VII. Libr. eiusd. II. ut et SENECAE Epist. LXXXIV, et XCV. plura vid. apud STVCK. Antiq. Conviv. L. III. c. 4. pag. 302 seqq. per totum. add. et Clinothec. nostr. pag. 10 sq. et Poemat. nostr. Tom. IV. p. 441 in Not.

^{o)} In Aulularia.

que Remedia, nunc vomitum carentia, nunc vero alvum ducentia, quo nempe ipse naturae conatus et inclinatio contendit: quibus vel maxime accedit severa abstinentia et diuturnior inedia: Vnde recte et sapienter SENECA^{p)} Medicus abstinentia corporis excusat: id quod pluribus rationibus et exemplis solide, pro more scilicet consueto, probat ac confirmat magnus noster HOFFMANNVS.^{q)} Sed de his nunc, data nempe occasione, haec tenus.

Iam vero, relicto demum longiore isto diverticulo, protinus potius, citato veluti gradu, recurramus ad illam quidem ipsius MEDICINAE Definitionem, ab ipso nostro HIPPOCRATE superius sapienter propositam. Istim igitur propter naturalem ac paene mechanicam simplicitatem, planam claramque perspicuitatem, solidam liquidamque veritatem et singularem denique usum, in ipsa Vita humana et praxi praesertim medica, exinde merito expectandum, nonsolum plerique Veterum aequo ac recentiorum Medicorum avide provideque amplexi sunt, suoque calculo adiecto graviter approbarunt: Sed et ipsi Theologici, Ethici, Politici, Philosophi, Historici, Oratores ac Poetae eam postea prudenter adoptarunt, et variis oblatis occasionibus, subnatisque argumentis commodis, in aliud sensum allegoricum scite atque ingeniose transtulerunt, et in suos quidem usus opportune converterunt. Hoc ne sine teste, aut idonea certe causa, temere tantum, affirmasse hic non nemini forte videamur: en nunc Lectorum quidem, ut certe speramus, pace, nonnulla hic testimonia hanc ipsam in rem, sat liquida, nisi fallor, satque gravia ac ponderosa, undique collecta nobisque fortuito veluti, oblata, in sequentibus, producamus, datamque fidem nostram sic abunde liberemus. Exordiamur au-

tem

p) Lib. I. de Ira, Cap. V.

q) In Diff. de Inedia magnorum Morborum Remedio, quae inserta est Tomo V. Opp. Hoffmann. pag. 328 seqq.

tem iam, si placet quidem, ab ipsis praesertim Medicis, tanquam a Iudicibus, hic maxime competentibus, gravibus atque idoneis, quibus quippe in Arte sua secure credendum ac fidendum est, ut nulla proinde Contradictio commodum ibi inventiat locum.

GALENVS itaque hanc ipsam vetustam ac venustam Medicinae definitionem Hippocraticam in vastis suis operibus, persaepe summis laudibus extollit, illique primam veluti palmam merito desert:¹⁾ ex quibus sequentem tantum perquam memorabilem locum, exempli veluti loco, in medium iam proferamus:²⁾ Οὐμακ, λέλειται σέθως, τῷ παλαιῷ· Ἰατρικὴ γάρ εἴσι πρόσθετος, καὶ σύφιλετος, κ. τ. λ. *Reste arbitrora Se-ne venerando dictum: Medicina namque Appositio est atque Detrac-tio, etc.* Eiusdem quoque sententiae recte fuit **ALEXANDER TRALLIANVS**,³⁾ ut ex sequentibus quidem ipsis verbis clarissime putet: Ιατρικὴ γάρ τέτο εἴσι αὔξεσσα ἔργον, τὸ Θερμὸν μὲν Φύξη, τὸ δὲ ξηρὸν οὐγείναν, τὸ δὲ Φυχὴν Θερμάνου, καὶ τὸ οὐγεῖν ξηράναν, καὶ απλῶς εἰπεῖν, τὰ ὅντα πάθη νικῆσαι τοῖς ἐναντίοις χεώμενον, καὶ ποιτα τὰ δέοντα περιποιῆσαι, κ. τ. λ. Quare hoc est praestantissimi Medici officium, ut calidum quidem refrigeret, siccum autem humedet, frigidum calefaciat, et humidum faciet: *In summa, ut ea, quae sunt virtus ac affectus, contrariorum usū evincat, et omnia, quae res ipsa postulat, curiose ac diligenter persequatur.* Quibus exacte sane respondent.

¹⁾ Vid. *Introduct. seu de Med.* Cap. VI. pag. 364 sqq. Tom. II. Opp. et Lib. *ad Thrasybul. de Med. vel Gymnast. Hygien.* Cap. XXV. pag. 24. Tom. VI. et saepius alibi.

²⁾ Lib. XI. *de Methodo Med.* Cap. 12. pag. 260. Tom. X. Opp. et in seqq. paßim. conf. *sponi Aph. Nov.* pag. 300.

³⁾ Lib. XII. cap. 8. pag. 759. conf. et cap. 3. pag. 712. item cap. 7. pag. 745. Ceterum autem hoc ipso in loco, hic quidem producto, verba ista: τὰ ὕπτα πάθη, languida frigidaque, et hinc merito suspecta.

dent ista quidem CORNELII CELSI¹⁾): *Tenuis homo implere se debet, plenus extenuare, calidus refrigerare, frigidus calefacere, madens siccata-*

specta mihi certe videntur. Quare potius scripsisse hic putem Auctorem: τὰ ἐνεργία τούτην, et respexisse potissimum ad illam quidem primariam ac solidissimam Medicinae regulam ab ipso HIPPOCRATE, Lib. de Flat. pag. 401. Aphoris. Libb. Epidem. et alibi saepius sic traditam: τὰ ἐνεργία τῶν ἐνεργιῶν εἰς τὸν ἴμποτον, Contraria contrariorum sunt remedia: ad quam inde frequentissime etiam provocat GALENVS, uti Lib. I. et L. IV. de Sanit. tuend. Tom. VI. et Comment. in VI. Epid. pag. 393. T. IX. et in Aph. 22. Sect. II. p. 63 sqq. item Aph. 9. Sect. IV. p. 137. Tom. nec non Lib. XI. de Method. Med. c. 10. p. 256. et cap. 12. p. 258 sqq. Tom. X. et alitis quoque locis, fere innumeris. Conf. et ARISTOTELES, Probl. 8. Sect. XXX. pag. 820. T. II. Opp. et alibi, item CELS. Praefat, Lib. I. p. 19. et L. III. c. 9. p. 137 et alibi, ut et VEGET. L. I. de Molumed. c. XI. et Lib. III. c. 2. uti et SENECA Lib. I. de Clement. c. 9. item Confol. ad Helv. cap. II. et Lib. I. de Ira, c. 16. ut PHOTIVM, GREGOR. NAZ. ut et NYSEN. IO. CHRY-
SOST. aliasque iam taceam. Quid enim opus hic est multis alienis testimoniosis, quem unicum illud ipsius nostri ALEX. TRALL. gra-
vissimum, Lib. IX. c. 3. p. 528. abundantissime sane sufficerit ad emendationem nostram validissime confirmandam. Audiamus igitur ipsum: Αἱ καλέμεναι μέθοδοι τῆς Ἰπποκράτεος τέχνης, εὗτοι
εἰσιν, ὡς αἱ τὰ ἐνεργία τῶν ἐνεργιῶν εἰσὶν ιδόμενα: Quae Hippo-
craticae Artis methodi vocantur, hae sunt potissimum: nempe contra-
ria contrariorum semper esse Remedia. Conf. hoc B. FABRICI²⁾
Bibl. Graec. Tom. XII. pag. 595. DIETERICI Iat. Hippocrat.
p. 432. GORRAEI Defin. Med. p. 139. BRVNON. Castell. Re-
novat. p. 367. item laudat. SPON. Aph. Nov. p. 300. et in primis
SITONI Miscell. med. curios. Tract. XXX. pag. 166 sqq. et Tract.
XXXI. p. 173 sqq. Sed ohe! iam satis, immo plus satis iam est:
sit ergo venia. *) Lib. I. cap. III. p. 28. conf. SEXT. EMPIR.
L. I. Pyrrhon. Hypotypos. c. 34. p. 63. ibique FABRIC. et Poeniat.
nostr. Tom. VI. p. 573. in Not.

b





siccare, siccus madefacere, itemque alvum firmare is, cui fusa; solvere is, cui adstricata est. Vnde omnino videntur petita et desumpta ista certe QVINCTILIANI²⁾: Si viscerum nimius ardor stricta circa se membra duravit, adhuc remedia laxantia; si fluitat nimis aeger humoribus, praesto sint, per quae, pressis clausisque venis, in novas vires corpus crescat: Si parum prodest Abstinentia, rursus ciborum qualitate soveatur: Si spiritus receptis premitur alimentis, ad puriores meatus, ieiunio fameque tenuetur. Quae cuncta ore veluti graeco, nitidissime sic expressit facundissimus THEODORETUS³⁾: Τὰ μὲν θερμὰ παθῶν καταψύχων, τὰ δὲ ψυχρὰ διαθερμάνων νοῇ τὰ μὲν τοταμένα χαλᾶν, τὰ δὲ γε λελυμένα τοντικοῖς Φαρμακοῖς ἔρωνται, νοῇ τὰ μὲν πλαδῶντα ξηραίνων, οὐγρέων δὲ τὰ ξηρά, ἐξηλαύνες μὲν ταῖς νόσοις, ἐπανῆγες δὲ τὴν υγείαν υπό τέττων ἐκβεβλημένων; Calidas itaque affectio-nes refrigerans, et frigidas calefaciens, et intensa relaxans, soluta quoque firmioribus medicamentis corroborans, et humentia desiccans, siccata vero humectans, morbos hac ratione expelleres, et ab his expussam sanitatem reduceres? Ad quam eximiam doctissimamque Interrogatio-nem sic statim perquam apposite ibidem respondet: Ὡτω Θε-ραπίειν οἱ τῆς ιατρικῆς παρακλένεται νόμοι, τὰ ἑνατία γάρ τι τῶν ἑνατίων λαμπτα: Sic omnino medendum esse, ipsa Artis Medicæ Lex præcipit: Contraria enim, inquiunt, contrariorum sunt remedia. Quae certe ex limpido isto ipius HIPPOCRATIS, quanquam non nominati, fonte hausta esse, ex modo dictis et diligentius observatis luculentissime credo, cuivis patebit. Interea vero ut institutum nostrum porro rite hic prosequamur, huc quo-que spectant ista GARIOPONTI⁴⁾: Ipsa uniuscuiusque physis, id est

²⁾ Declamat. VIII. p. 142.

³⁾ Inconfus. Dialog. II. p. 80. T. IV. Opp. per Cl. SCHVLZ. conf. et eiusdem Orat. IV. de Provident. p. 122. item ALEX. TRALLIAN. loc. cit. unde ista petita videntur.

⁴⁾ Lib. VI, de Febribus, cap. XIV. pag. 131 b. et pag. 132. conf. et ibidem, Cap. XXX. pag. 142.

est domina corporis, Natura si calida, vel frigida, sicca, vel humida sit, in quibus maxime delectabatur rebus in sanitate; sic faciliter curabitur, quia contrariae contrariis curantur: ubi sequentia plura diligentius omnino legi et expendi merentur.

Quorsum et illa in primis pertinent COELII AVRELIANI^{b)} sed non sine rugosa fanna ab ipso prolati, de famoso illo Veteris Medicinae novatore ac reformatore, nimirum ASCLEPIADE: *Hic est ille frigidans, atque calefaciens, exanthans atque replens, et contrariis semper utens rebus, in his passionibus.*

Quae quin prorsus etiam sint Hippocratica; nemo sane, Veteris Medicinac vel leviter tantum gnarus, facile inficiabitur. Licet enim olim Medici dogmatici ac methodici, ad quos, posteriores scilicet, vel maxime ipse pertinebat ASCLEPIADES, ceu notum, in perquam multis placitis et opinionibus, vehementius inter se dissentirent; in hac tamen ipsa Medicinae definitione Hippocratica adsumenda, unanimi veluti consensu, placide et amice conspirabant. Inde profecto verissima sunt, quae hanc ipsam in rem, perquam docte ac sapienter observavit magnus ille PROSPER ALFINVS,^{c)} in prosperima certe fama adhuc vigens vivensque, atque sic semper quoque victurus: *In eo maxime dogmate omnes convenisse visi sunt Dogmatici ac Methodici, quod adiectionibus et subtractionibus sanitatem servari, ac morbos fugari praecepit, quando istud aequae omnes Medici receperint. Vnde apud omnes receptum est, Medicinam esse adiectionem et subtractionem; adiectionem quidem deficientium, et subtractionem redundantium: et quae ibidem sequuntur plura. Haec ipsa igitur Medicorum istorum veterum imitamina in approbanda pariter et excolenda ista quidem definitione Hippocratica, haec tenus dilaudata, postea stre-*

b 2

nue

^{b)} Lib. II. *de Morbis acut.* Cap. XXXIX. pag. 177. conf. huc. CORN. CELS. Libr. II. cap. XIV. p. 88. et SEXT. EMPIR. Lib. I. *Pyrrhon. Hypotypos.* cap. 34. pag. 63. ibique FABRICII Not.

^{c)} Lib. I. *de Medicina Methodica,* Cap. XIII. pag. 54 sq.



nue quoque sectati sunt superioris praesertim saeculi Medici
praestantissimi complures, quos inter potissimum summo iure
eminent et emicant HIERON. MERCVRIALIS, ipse laudatus
modo PROSPER ALPINVS, VALLESIVS, REYES, BALLONIVS,
DVRETVS, HOLLERIVS, FERNELIVS, VALLERIOLA, SPONIUS,
MEIBOMIVS, LINDENIVS, PISO, HEVRNIUS, LANGIVS, et
ut plures alios, ad vitanda nempe fastidia, iam studio praeter-
eam, magna praesertim illa nomina, SENNERTVS inquam,
atque SCHNEIDERVS, splendidissima ista ipsius nostrae Acad-
emiae et ordinis inprimis medici, decora ac lumina nunquam
sane interitura. Neque vero nostra quoque aetas plane caruit
eiusmodi magnis et illustribus Medicis, qui verissimum certe
hoc ipsum dogma Hippocraticum auctoritate sua gravissima va-
lidius confirmarunt et splendidius amplificarunt, ex quibus
iam cum cura quidem et veneratione produxisse ac laudasse suf-
ficiat Praefustria illa Nomina, BOERHAAVIVM, SWIETENIVM,
HAENIVM, GAVBIVM, MORGAGNVM, MEADIVM, WIGANVM,
WERLHOFIVM, HEBENSTREITIVM, atque HAHNIVM, omnes
certe olim nobis amicissimos; nunc autem cheu! desideratissi-
mos: praesertim vero ipsum nostrum HOFFMANNVM immor-
talem, ante hos nunc annos LXIV. Praesidem ac Promotorem
nostrum gravissimum, qua singulari felicitate vel etiamnum, in
extrema senectute, impense sane laetor gloriorque: sed haec
quidem cum Lectoris venia, interiecta hic sunt. Nunc vero,
si nempe placet, attentius audiamus solidissimum istud summi
illius Viri iudicium de hac ipsa quidem acutissima HIPPOCRA-
TIS definitione ^{d)}: *sane primus fuit magnus hic Naturae consultus,*
*qui artem nostram, ex vero non minus, quam apposite, per subtrac-
tionem eorum, quae superflua sunt, et additionem, quae deficiunt, per
convenientia nimirum remedia, definivit.* Quam ipsam sententiam
egre-

^{d)} Medicinae Rat. Systemat. Tom. III, Sect. I, cap. 4. pag. 300. Tom.I.
Opp. Genev.

egregiam, ex veridico veluti tripode prolatam infra in sequentibus, alio quidem loco ^{c)} sic denuo, sed brevius, repetit: *Quin etiam omnes Artis in medendo operationes, his adminiculis et hac ratione, quam optime perfici possunt, et HIPPOCRATES elegantissime hinc et vere mechanice Medicinam ipsam definit, Lib. de Flat.* scribens: *Medicina nihil aliud est, nisi Ablatio, et Appositio, et quae ibi sequuntur plura.* Sed de his quidem haec tenus.

Iam vero, Medicis illis priscis, et his recentioribus tandem relictis, protinus, sine mora, transeamus ad alios Auctores veteres, qui vel manifeste ac directe ad hanc ipsam solidam HIPPOCRATIS regulam respexerunt; vel certe indirecte, aut oblique ad eandem alluserunt, atque metaphoricum in sensum ingeniose ipsam transtulerunt, ut iam supra praemonitum.

Sic itaque ipse venerabilis PLATO ^{f)}: ἐστι λατερικὴ, (ώς εὐ καθαίρει εἰπεῖν,) ἐπισήμη τὸν τοῦ σώματος εἰσωταῦν πρὸς πλησιονὴν οὐδὲ κένωσιν: Est, ut summatim dicam, Medicina scientia, qua amatorii affectus corporis, quo ad repletionem et evacuationem, noscuntur. Item ARISTOTELES ^{g)}: ποιεῖ δὴ ὁ λατερός ἐπ τῷ ψύχει τῆτον σφόδρα, οὐδὲ τέλεον ὡδὶ θερμὸν, οὐδὲ ὡδὶ ξηρόν, ηὔγεον, μεταβάνον ἐπ τὸν ἐναντίον, ημεταξύ, ἥως ἀνθλητὴ εἰς τὸ θέτον ἔχειν, οὐ δὲ τὸ τοῦ γυναικῶν: Medicus aegrotum ex nimis frigido, in minus frigidum, et postremo, in instam vicem caloris, vel siccitatis, vel humoris, transferens se ex contrariis, aut mediis, dum ad eum deveniat habitum, qui ipsi sanitati probe accommodatus est. MAXIMVS quoque TYRIVS ^{h)}: Τὸ τοῦ αὐθεώπεια σώμα πληρωθὲν μὲν, κενωθὲν δὲ, πλησιονῆς ὀργεγόμενον: Humanum certe corpus, repletum quidem, evacuationem desiderat; eva-

b 3

cuatum

^{c)} Medicin. Rational. Systemat. ibid. Tom. III. Sect. II. Cap. 4. p. 427.

Tom. I. Opp.

^{f)} In Symposio, seu Convivio, pag. 320.

^{g)} Problem. 8. Sect XXX. pag. 820. Tom. II. Opp.

^{h)} Dissertat. XIX. pag. 254. conf. hoc GREGOR. NYSSEN. Epist.

Canon. ad LATOVUM Episcop. pag. 155. Tom. II. Opp.



cuatum autem, rursum repletionem. Ut et OLYMPIODORVS,ⁱ⁾ ei
ιατροὶ ἐπὶ τὰς νόσους, ἔνεκεν τῆς θύειας, καὶ τὰ εἰς πράξην ἀγχυγενὰ
σοιχέαι ποιήσιν φωνάζουσιν. δίκαιον γάρ πῶς οὐκὶ τότε, ὡς μὴ πλεονάξειν
ἔτερον ἔτερες. Sic faciunt Medici in morbis, propter sanitatem, et, ut
in iustum temperamentum denuo reducant ipsa principia et concordiam
undiique consonam: Iustum enim est omnino, ut ne unum magis abun-
det, aut emineat altero. Pariter HIEROCLES^{k)}: ποιήσιν πληρώσων ποιήσιν
θένωσιν αὐτὸν τὸ σῶμα τιθάνεται, μέτεον γάρ ἐπιτήσται δὲ τῇ τῶν εἰσαγω-
γήμων πληρώσει, ποιήσιν τῇ τῶν διαφορέστων θένωσεις: η. τ. λ. Corpus
ipsum et repletio et inanitio nutricantur: Modus itaque eorum, quae
cum ingesta egestaque sunt, impletionem atque evacuationem faciunt,
omnino statuendus est; ubi vid. reliqua, quae hic quidem appri-
me spectant. Nec aliter sane PLVTARCHVS^{l)}: ἡ Φύσις αὐ-
τοκήσων τὰ ἐνδεξαὶ ποθέσται, ποιήσιν ἐκλαῖπον αἱ τὰς οἰκεῖς διώκσει:
Natura expletionem eius, quod defecit, desiderat, semperque id, quod
adhuc deest, ipsique accommodatum est, persequitur. Quo et exi-
mie spectant ista PHILONIS IVDAEI^{m)}: οἷα ὑπὸ Ιατροῦ, Φιλο-
σοφίας νοσηλευθῆναι χεὶν πατεπαθεῖσαν λόγοις ὑγιεινοῖς ποιῆσιν σωτηρίος,
δι' ὃν θένωσιν μὲν ἐνδέξεται τῆς ὀμέτεων τῶν σάματημάτων πλησμονῆς.
πληρώσιν δὲ λημηδὲς θένωσεις τῶν πατοζθωμάτων ποιήσιν εἰσηγεῖται: Morbidam istam generationem ea sequitur, quae Philosophiam ipsi,
ceu Medicinam, adhibeat, curaturam morbos sanis ac salutaribus sermo-
nibus, per quos immensa vitiorum copia exhauriatur, et contra sup-
pleatur, quod ad virtutem et ipsius rectum usum adhuc deerat, siveque
dira voluptas ablegetur quam longissime. Praesertim vero hoc re-
ferenda

ⁱ⁾ Comment. in PLATON. apud RIGALT. in Not. ad ONOSANDRI Strateg. pag. 22.

^{k)} Comment. in Carm. aur. PYTHAG. pag. 182.

^{l)} Lib. VI. Sympos. Quæst. p. 687. Tom. II. Opp. conf. Lib. de Virtute Morali, pag. 444. et Praecept. Sanitat. pag. 129 sqq. et pag. 136 sqq.

^{m)} Lib. Quis Rer. divinar. Haeres fit. p. 408.

ferenda est ista **BASILII MAGNI**ⁿ⁾ sententia, tota quippe quanta Hippocratica: ἡ λατερικὴ τέχνη εἰς τύπον τῆς φυσικῆς ψυχῆς θεραπείας, τὴν ἀπόθεσιν τῆς περιστοῦ, καὶ τὴν τὸ δειπόντος πρόσθεσιν ὑποτιθεμένην: *Ars medica ad ipsius animae medelae normam formamque illius, quod abundat, ablationem, id quod contra deficit, additionem suggerit ac supponit.* Quibus sane commodissime adiungi possunt et debent illa quidem **IOANNIS CHRYSOSTOMI**^{o)}: ἦργα τὰ περιττά περικόπτομεν, καὶ τὰ λεπόντα πληρώμεν, καὶ τὰ ὄλλα πάντα ἐγγεῖομέν, οὐαὶ εἰς τὴν τῆς ψυχῆς ὑγείαν ἤδη συντελεῖ: Et supervacanea amputamus, et quae deficitur, supplemus, caeteraque omnia perficimus, quae ad ipsius animae sanitatem quidquam conserunt. Nec denique hic negligenter praetermittendus est insignis iste **AGAPETI** locus,^{p)} de aequali divitium et pauperum curatione: ἵνα τοιν, ἀμφω ὑγείας τύχωσιν, ἀφαιρέσει καὶ προθέσει τέττας θεραπεύτεον, καὶ πρὸς ἴστοτά την ἀντιστοτά μετενεγκτέον: Ut igitur ambo isti sanitatis compotes siant: ablatione et additione eos curare oportet, et sic ad aequalitatem inaequalitas ista est transferenda; ubi in subjectis **Notis** perquam apposite observat **BRUNO**, hanc ipsam elegantem allegoriam petitam omnino esse ex ipsis quidem Libris Hippocrat. *de Flatibus*, atque *Natura humana*, superius iam suo loco, merito laudatis. Quorsum etiam tandem respxisse utique videtur ipse **DEMOSTHENES**^{q)} ubi nempe de copiis ac viribus militum ac hostium nunc minuendis, nunc autem augendis, solerter agit: Τῶν μὲν τοῖς ἐχθροῖς ὑπαρχοῦν δυνάμεων τοῖς μέρισας ἀφελεῖν, ὃν δὲ ἐνέλιπε τῇ πόλει, ταῦτα προδεῖναι.

Sed de his quidem nunc satis, imo plus satis! Cui enim Lectorum haec non satisfaciunt hucusque certe abundantanter et lucu-

ⁿ⁾ Lib. *Regular. fuisus disputat. Interrogat.* LV. p. 603 sqq. Tom. II. Opp.

^{o)} Lib. IV. *de Sacerdotio*, Tom. IV. Opp. in *Vet. Test.* p. 61.

^{p)} *Schedae Reg. Cap. XVI*. p. 50 sqq.

^{q)} *Orat. de Corona*, p. 197. Edit. Mai. Basil. de anno 1532.



luculenter prolata; illi sane nihil quidquam, credo, satisfaciet. Interea vero ex tot tantisque praestantissimorum Auctorum testimonis nunc satis dilucide planeque, spero, apparebit, quantum ponderis et auctoritatis per tot certe saecula, semper habuerit haec ipsa aurea sane **HIPPOCRATIS** sententia, seu *definition*, hucusque a nobis diligentius illustrata; idque non sine solidissima ratione, aut gravissima causa. Per iustum enim illud et angustum *Medium ac Metrum* inter ne quid nimis, et ne quid minus, sive per mediocritatem, temperantiam et aequalitatem, tam ipsa sanitas praeiens facile commodeque conservatur; quam absens etiam, aut amissa feliciter restituitur. Recte igitur ac sapienter, ut solet, huc **SENECA**¹⁾: *Moderata durant, et modicis rebus longius aevum est; sed quidquid excessit modum, pendet instabilitate loco.* Hinc τὸ μέτρον semper ἀγίστον, νοὴ μηδὲν ἄγαν, ἄγαν με τείπει, item ταύτη, ne stateram transgrediaris, ut notissima certe tenent proverbia; ²⁾ quorsum et illud in primis pertinet: εὐ λογοτείος νοὴ λογοτεία ἡ σωτηρία, quod pari quidem elegantia latine exprimere vix licet. Inde ergo per omnem certe vitam, cuivis salutis suae vitaeque in primis longioris cupido altissime semper infixum haereat sapientissimum istud **HIPPOCRATIS** nostri praeceptum ³⁾: Πόνοι, στίχα, ποτὰ, ὑπνος, αὐθεόδοσια, μέτρα;

Labo-

¹⁾ In *Troad.* item *Agamemnone*, et *Oedipo*, *Tragoed.* conf. et **LUCA-**
NI Lib. III. v. 984. item **PLAVT.** in *Perfa*, ibique **TAVBMANN.**
p. 969. add. **GROTLI** *Excerpt. Trag.* et *Comit.* p. 192 et p. 206.

²⁾ Conf. huc **ERASMI ROT.** *Adag.* 96. Chil. I. Cent. VI. p. 256 sqq.
copiose, et Cent. I. Chil. I. pag. 17. item **WEITZ.** ad **TERENTII**
Andr. pag. 20 sqq. et **LOTICH.** ad **PETRON.** p. 189 sqq. item
BARNES. ad **EVRIPID.** *Hippolyt.* p. 227. et ibidem **VALKENAER.**
p. 192. add. et si placet, *Opuscul. uoſſr. Med. Philol.* Tom. I. pag.
246. ut alios plures iam taceamus.

³⁾ Lib. VI. *Epidem.* Sect. VI. p. 812. T. I. et ibi **GALEN.** add. **Aph.**
3 et

❧ ♚ ❧

*Labores, cibi, potus, somnus, res veneratae, omnia haec semper sunt
mediocria et temperata. Namque immodicis brevis est actas, et rara
fenebris, ut prudenter monuit MARTIALIS²⁾). Quoniam nempe
omnis Natura aut defraudatione, aut endomitatem restinditur; propri-
tate mensurae conservatur: Ita naturale erit statu, quod non natura-
le effici potest decessu, vel excessu, uti perquam apposite in hunc
certe sensum, scribebat olim TERTULLIANVS³⁾). Ista igitur
proprietas mensurae illa omnino est μεσότης, quam ita plane ad
mentem ipsius HIPPOCRATIS nostri, (de quo fusius supra,)
definivit PLUTARCHVS⁴⁾: τῷ πότῳ μεσότης γίνεται, τὸ ὑπερβάλ-
λον ἐξαρθρώσα, καὶ τὸ ἔλλειπον, (scilicet αναπληρώσα, vel προστιθέσα,
quod in Codd. impressis plerisque deceat, et ideo necessario uti-
que supplendum,): Quantitate ipsa fit mediocritas, auferens nem-
pe, quod nimium est, et replens istud, quod deficit. Quem ipsum
sensum ita scite versu expressit HORATIVS,⁵⁾ in quo iam
tandem finire placet:*

Eft

3 et 4. Sect. II. conf. STO. Serm. XCIX. p. 548. et Serm. V. pag.
72. et HIEROCLIS Comment. ad aur. Carm. Pythag. pag. 73 fqq.
item STUCK. Antiquit. Conviv. Lib. I. cap. 17. p. 42 fqq. et Lib.
III. cap. 4. p. 304 fqq. et cap. 25. p. 416. ut et DIETERICI Iatr.
Hippocrat. p. 804 fqq. ut alios plures iam studio praetereamus.

* Epigramm. 29. Lib. VI. ubi vid. RADER. et alios Interpretes;
praesertim HERALDV M p. 122 fqq. conf. GROTTI Excerpt. pag.
586 et pag. 594.

²⁾ Lib. de Anima, cap. XLIII. p. 296. Edit. RIGALT. et Variorum.

³⁾ Lib. de Virtute moralis, p. 444. Tom. II. Opp.

⁴⁾ Satyr. I, Lib. I, 106.

C



*Est modus in rebus, sunt certi denique fines,
Quos ultra, citraque, nequit consistere rectum.*

Immo etiam *sanum*, quod merito hic addendum videtur. Sed sit nunc denique etiam modus in verbis, atque in scribendo! ne scilicet ex tinnula polylogia oriatur inanis spermologia. Hinc transeamus iam potius ad *Spermatologiae Vegetabilis* partem V. de *Seminum Satione*; de qua sub praefidio Viri Excell. et Experientiss. D. GEORGII RUDOLPHI BOEHMERI, Anat. et Botan. Prof. Publ. Ord. et Phys. Provincial. Collegae ac Fautoris nostri honoratiss. pro *Doctoris Gradu* rite obtinendo, d. XV. Octobr. A. C. publice disputabit

Vir Nobilissimus ac Doctissimus

CAROLVS AVGVSTVS BESSERVVS,

Cizenfis

Medicinae Candidatus dignissimus.

Qui ipse nunc Vitam suam hucusque in studiis et medendi arte praeclare peractam breviter ac modeste enarrabit:

*Ego CAROLVS AVGVSTVS BESSERVVS natus
Cizae anno 1740, patre usus sum IOANNE CONRAD
BESSERO, urbis patriae Pharmacopoeo, et matre e gen-
te HAMMERORVM apud Burgscheidungenses. Vtris-
que*

que parentibus praematura morte orbus factus, cum novum annum nondum explevissem, sub aliorum tutela educatus sum. In illis plurimum debo immortaliter de me merito **B. AGNERO**, Pastori Cizeni, in cuius domo nati instar, per novem annos, versatus sum, nec non ab eodem in dogmatibus christiana fidei, et primis lineis graecae et latinae linguae probe atque fideliter institutus. Ad maiora vero in litteris, quae ad humanitatem pertinent, incrementata facienda, scholae episcopali urbis patriae insertus fui, ubi doctissimis et perquam solertibus Celeberrimi **M. LEISNERI**, Rectoris, neque minus Praecellentissimi **REICHHARDI**, Conrectoris institutionibus per tres annos interfui. Post haec anno 1758 Academiam Lipsiensem adii, ibidemque Albo Studiosorum insertus sum a Magnifice **BELIO**, fasces academie tunc gerente. In hac musarum sede, pri-
mum partim a Celeberrimo **B. WINKLERO**, partim a Clarissimo **M. RUDOLPHO**, cum philosophiam, tum mathesin, tum etiam physicam theoreticam aequa ac experimentalem, accepi. Tum arti Chironiae me devovens, Doctores habui in Physiologia Excellentissimum **BOSIVM** cum



RÜDIGERO, in *Anatomia B. IANKIVM*, et *HVN-DERTMARKIVM*, quorum hic Chemiam etiam me erudi-vit; in *Pathologia Venerandum PLAZIVM*, in *Thera-pia denique generali*, nec non illa, quae *clínica* dicitur, *B. LVDWIGIVM cum RÜDIGERO*, quorum omnium scho-laſ affidue frequentavi. Inde disceſſi Anno 1765, ex quo officinae pharmaceuticae, quae *Cizae* eſt, quamque a patre ante mortuo, per haereditatem acceperam, praefui. Ha-cenus quidem ille.

Ad hunc igitur ſolemmem Promotionis Actum nos RECTOR-REM ACADEMIAE MAGNIFICVM, utriusque Republicae Proce-res, et Generofſimos denique ac Nobilifimos Litterarum elegantio-rum Studiosos et Fautores perquam officioſe ate humaniter invi-tamus. P. P. Wittebergae, Domin. XVII. post S. S. Trini-tatis Fest. A. S. R. c̄loccclxxxi.

WITTEBERGAE

LITTERIS CAROLI CHRISTIANI DÜRRIL.

PICA



12

ORDINIS MEDICI
IN
ACADEMIA WITTEBERGENSI
H. T. DECANVS
DANIEL WILHELMVS
TRILLERVS

PHIL. ET MED. DOCT. CONSILIARIV

PROF. PVBL. ORDIN. PRIMARI

SCIENTIAR. BONONIE

PANEGYRIN

AD D. XV. OCTOBR. A. C.

HABEN

INDIC

PRAEMISSA EXERCITATION

DE

APTISSIMA MEDICINA

AB IPSO HIPPOCRAT

PROPOS

